

**CONSTITUTIONES SIVE DECRETA
IN CONVENTIONE GENERALI LUBLINENSI
PER REGIAM MAIESTATEM ET CONSILIARIOS REGNI FACTA**

Alexander Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae Prussiaeque dominus et haeres. Significamus tenore praesentium, quibus expedit universis, quia in hac conventionem generali pro defensione communi et^a statu Reipublicae meliori cum consiliariis Regni, istarum vero Cracoviensis et Russiae terrarum, nuntiis, conclusiones atque decreta sanximus, approbavimus scripsimusque infrascripta, ad conventionem generalem alteram proxime futuram dumtaxat valituras.

1. Imprimis^b propter necessitates nos in Magno Ducatu Lithuaniae urgentes Lithuaniam exhinc profecturi, constituimus in Regno et in nostri absentia hac vice usque ad nostrum de Lithuania reditum magnificos et generosos: vicesgerentem nostrum Spitconem de Jarosław castellanum Cracoviensem et campiductores duos generales, Nicolaum de Camyenyecz palatinum Sandomiriensem et capitaneum Cracoviensem ac^c Stanislaum de Chodecz marschalcum Regni nostri et capitaneum Leopoliensem, istorum vero campiductorum coadiutores Nicolaum Firley^d de Dambrowicza vexilliferum Cracoviensem et capitaneum Lublinensem, Stanislaum Lanczskorunyski^e pincernam Sandomiriensem, Nicolaum ^fCreza, Bohunyek Czernyn^f.

2. Imprimis^g itaque dominus ipse vicesgerens Spitek de Jarosław castellanus Cracoviensis habiturus erit facultatem nostram regiam ad movendam et dirigendam expeditionem bellicam, habebit etiam facultatem conferendi bona horum, qui non intererunt expeditioni bellicae; illi autem non censebuntur interesse, qui non venerint^h cum suis palatinis seu castellanis seu capitaneis ad dominum praefatumⁱ vicesgerentem in diem et locum per ipsum designatum^j.

3. Item quod praefatus dominus vicesgerens habeat plenariam Maiestatis Nostrae facultatem puniendi omnes excessus iuxta consilia dominorum sibi additorum et iuxta statuta Regni atque iuxta constitutiones in campo faciendas atque proclamandas.

4. Item idem^k dominus vicesgerens cum consilio campiductorum et aliorum sibi additorum habeat teneatque vigilanter et accurate bonos et fideles exploratores, ne postea propter ignorantiam veritatis frustra fieret terrarum motio. Qui quidem dominus vicesgerens ut possit melius auctoritatem per nos sibi commissam exercere^l, nos de consilio consiliariorum nostrorum instituimus campiductores generales supradictos super terris praedictis et super omnem militiam, tam nobilem quam stipendiarium^m, et coadiutores speciales, quos suprascriptimus, aliosque per ipsum vicesgerentem assumendos, quos nos eisdemⁿ ductoribus exercituum addidimus^o velut adiutores. Et habebunt facultatem campiductores talem, qualem campiductor ^pgeneralis Regni^p habere consuevit. Coadiutores vero in omni administratione campestrali eosdem campiductores adiuvant.

5. Item decernitur terrarum Cracoviensis et Russiae expeditio generalis^q, quam quidem expeditionem motionemque praecedant equitum stipendiariorum^r quatuordecim centena, peditum vero ducenti, qui debent mitti in Russiam, ubi domino vicesgerenti et campiductoribus consultius videbitur et utilius. Post quos serviles terrae debent moveri mox per restes primas tanquam per ultimas, ipse vero dominus vicesgerens de consilio campiductorum supradictorum tempus et locum designabit.

^a *W K. Czart.*: ac.

^b *W MK₂ dodano na marginesie*: Constitutio vicesgerentis rege absente.

^c *W AT i B. Czart.*: et.

^d *Firlei AT; Phirlei B. Czart.*

^e *W AT i B. Czart.*: Lanczskorunski.

^{f,g} *Creza, Bohumiek Czernin AT; Kresa, Bohumil Czernin B. Czart.*

^g *W MK₂ dodano na marginesie*: Vicesgerenti datur facultas belli movendi et absentium bona conferendi. Qui absentes censebuntur.

^h *veniunt AT.*

ⁱ *Brak w B. Czart.*

^j *designandum AT, B. Czart.*

^k *W MK₂ dodano na marginesie*: De exploratoribus servandis. *W AT i B. Czart.*: Item quod.

^l *W MK₂ dodano na marginesie*: Potestas campiductorum. *W AT i B. Czart.*: sibi per nos commissam exercere.

^m *stipendiarium B. Czart.*

ⁿ *iisdem AT; hisdem B. Czart.*

^o *addimus B. Czart.*

^{p,p} *Regni generalis AT B. Czart.*

^q *W MK₂ dodano na marginesie*: Terrae motionem praecedere debent stipendiarii. Primae restes loco ultimarum campiductoris locum designabunt et tempus.

^r *stipendiarios AT, B. Czart.*

6. Item ad eam terrarum motionem ordinatum statutumque est, quia nos si in Regno fuerimus, in absentia vero nostri dominus vicesgerens cuilibet palatino restes dabit^s fenestras absque inscriptione diei et loci, et tot erunt, quot sufficient ad omnes districtus in illo palatinatu consistentes^l. Cum quibus^u restibus nos seu nostri in absentia^u vicesgerens noster speciales^v scribet palatino^v litteras cum designatione loci et diei, quatinus pro eisdem constituatur^w cum terra palatinatus sui^w. Ipse vero tandem palatinus receptis talibus restibus et habito illo avisamento super die et loco sibi designatis, si dies et locus in restibus per nos aut vicesgerentem non esset inscriptus, eum^x inscribet palatinus sic, ut illi specialibus praedictis^y litteris intimatus est. Tandem idem palatinus speciales suas litteras universis castellanis in palatinatu suo existentibus scribet^z easque cum restibus mittet, mandans, ut militiam castellaniarum suarum ducant cum eaque^{aa} veniant ad palatinum pro praedictis die et loco per Maiestatem Regiam seu vicesgerentem designatis^{ab}. Castellani etiam^{ac} recepto tali^{ad} avisamento a palatinis^{ad} cum restibus designabunt^{ae} diem et locum intra castellaniam nobilitati suae castellaniae competentem^{af}, pro quibus die et loco praecedent nobilitatem ipsi castellani et quatuor diebus praestolabuntur eam, in crastino autem quartae diei progressuri sunt cum castellan[i]s suis ad palatinum usque ad^{ag} locum in restibus scriptum et per eundem palatinum designatum. Attamen castellani designaturi erunt locum, ad quem castellanum infra illos quatuor dies quilibet terrigena constitui teneatur sub poena trium marcarum argenti pro monetaria cussionis Reipublicae convertenda^{ah} in manibus^{ai} thesaurarii Regni reponenda. Ad cuius repositionem poenae is^{aj} qui ad locum neglexerit^{ak} venire, per vicesgerentem et campiductores sibi additos debet astringi^{al}.

7. Item castellanus in loco congregationis in castellania circumspicere attendereque debeat, et quilibet iuxta exi[g]entiam bonorum et statuti antiqui constitutionem in bello serviat^{am}, secus si ille fecerit, talem quemlibet deferet castellanus palatino, palatinus autem vicesgerenti.

8. Item nobiles, progredientes ad locum generalem^{an}, stationes et nocturnos facient secundum antiquas constitutiones^l, nullas villas ingrediendo nullibi duos nocturnos faciendo, providendo etiam, ne saepibus et aedificiis villarum noceant, sub silvis stationes a villis longius eligant.

9. Item avisamenta^{ao} ad villas vicinas castellanus praemittat tempore opportuno, prope quas nocturnare debebit, ut tanta pabula, quae sufficerent exercitui conducerent, villis singulis certum numerum cassularum siliginis, avenae aut ordei iniungendo.

10. Item statuimus chorum^{ap} avenae per quatuor ternarios, ^{aq}item chorum siliginis uno grosso, item chorum ordei uno grosso^{aq}; ubi vero trituratione non essent haec^{ar} grana, mandabit castellanus, quod singuli, qui cassulas recipientas, pro singulis cassulis siliginis solvant per duos grossos polonicales, pro ordeo vero et avenae per unum grossum iuxta antiqua statuta alia^{at}

^s *W MK2 dodano na marginesie*: Modus mittendarum restium.

^t existentes *AT*, *B. Czart.*

^{u-u} restibus nostri in absentia *MK2*; restibus nos seu in absentia nostri *AT*, *B. Czart.*

^{v-v} palatino scribet *AT*.

^{w-w} cum terra, incolis seu militaribus palatinatus sui *B. Czart.*

^x etiam *AT*.

^y *Brak w AT i B. Czart.*

^z *W MK2 dodano na marginesie*: Palatinus scribet castellanis de movendis terris.

^{aa} cum eisque *AT i B. Czart.*

^{ab} *Cale to zdanie od Tandem idem w B. Czart. ujęte jest w nawias.*

^{ac} autem *AT*.

^{ad-ad} a palatinis avisamento *AT i B. Czart.*

^{ac} *W MK2 dodano na marginesie*: Officium castellanorum et quot diebus terrigenas expectare debent.

^{af} competenti *AT*.

^{ag} in *AT i B. Czart.*

^{ah} *Brak w B. Czart.*

^{ai} manus *B. Czart.*

^{aj} hiis *MK2*.

^{ak} neglexit *AT i B. Czart.*

^{al} *W MK2 dodano na marginesie*: Poena contra non constituentes.

^{am} *W MK2 dodano na marginesie*: Castellanus cuiuslibet servitium debet iudicare.

^{an} *W MK2 dodano na marginesie*: De stationibus et nocturnis.

^{ao} *W MK2 dodano na marginesie*: De pabulis et pretio pabulorum.

^{ap} choretum *AT*.

^{aq-aq} item choretum ordeo pro uno grosso, item choretum siliginis grosso uno *AT*: item horum ordeo pro I grosso, item horum siliginis grosso I, *B. Czart.*

^{ar} *Brak w B. Czart.*

^{as} recipiunt *B. Czart.*

^{at} reliqua *AT*, *B. Czart.*

¹ *Jest to powołanie się na edykt Władysława Jagiellończyka o przechodach wojsk z 1432 r. oraz na edykt Kazimierza Jagiellończyka na ten sam temat z 1457 r.; por. St. Kutrzeba, Polskie ustawy i artykuły wojskowe, nr 1, p. 1 i nr 2, p. 1. Niżej w punkcie 10 mamy powołanie się na veteris statuti dispositionem w tych samych aktach, nr 1, p. 2 i nr 2, p. 2.*

vero ad victum necessaria iuxta veteris statuti dispositionem solvere quilibet sit astrictus. Si vero castellanus^{au} ordinem praemisum in proficiscendo, avisamenta villanis de conductione frumentorum praedictorum praemittendo, stativa tenendo, pabula solvendo, tenere et facere^{av} neglexerit sive noluerit et damna inferri^{aw} permiserit^{ax}, solus ipse ductor poenam regalem quatuordecem marcarum luet irremissibiliter pro fisco communi exigendam et damna nihilominus solvere tenebitur. Si autem castellano^{ay} aliquis nobilium oboedientiam recusaret et contra ordinationem ipsius faceret, extunc quilibet poena trium marcarum totiens quotiens pro inoboedientia castellano applicanda irremissibiliter puniatur, damnis nihilominus per ipsum damnificatis resarcitis. Ubi vero castellanus^{az} huiusmodi poenas^{az} exigere non posset et rebellem haberet exercitum, conscribat singulorum excessus et facinora, et cum in locum generalis congregationis pervenerit, regestrum huiusmodi excessum palatino praesentabit, cuius auxilio nostrae [Regiae] Maiestatis aut campiductoris auctoritatem impetrabit, ut in huiusmodi facinorosos^{ba} animadvertetur cum^{ba} effectu. Si vero castellanus negligens fieret^{bb} in corrigendo vel facilis, ipse poenarum regalium ut damni ubilibet illati reus reputabitur et poenis similibus castigetur.

11. Item palatini singuli^{bc} suas terras praeveniant et tentoria sua prius extendant in loco generalis congregationis in restibus descripto^{bd}, priusquam castellanica eorum advenerint, sub poena absentiae a bello. Praedictam vero constitutionem de stativis faciendis et damnis non inferendis tam de bonis spiritualium quam saecularium, nos una cum^{bc} praefatis dominis consiliariis^{bc} intelligentes et^{bf} similiter observantes decrevimus^{bg}, transitus castellanorum^{bh} cum exercitu^{bh} sit per vias diversas, ne in uno tractu bona destruantur, ubi istud fieri potest commode.

12. Item repetendo antiquas constitutiones Casimiri² et Joannis Alberti regum, declaratum esse volumus, ut nos, qui de iure consuevimus in nostris ac spiritualium et saecularium castris relinquere terrigenas, consideremus^{bi}, ne relinquamus eos, qui multa haberent bona, ne per hoc publica defensio debilitaretur, et ne homines possessionatos^{bj} ad servitium publicum seu terrestre obligatos in stipendiarios vel servitores nostros recipiamus, nisi servitium^{bk} terrestre de bonis sufficienter expediverint et sub banderio terrestri cum palatini scientia se collocaverint; secus si fecerint^{bl}, poena absentiae a bello puniantur^{bm}.

13. Item quod istorum^{bn}, et qui loco aliorum serviunt, sicut viduarum, minorennium, et qui ad arma insufficientes existunt, ^{bo}-et qui^{bo} extra Regnum agunt, et infirmorum notorie, fiat speciale banderium sive specialis acies, ne per hoc aliqua fraus in Republica fieret.

14. Item quod filii nobilium^{bp} in servitiis dominorum existentes non intercedant bellum pro parentibus taliter^{bq} servientes, sed si placet patri, qui est ^{br}-idoneus ad bellum^{br}, in domo manere, recipiat filium de servitio vel secundum bonorum suorum qualitatem^{bs} servientem expediat et expeditionem suo palatino conscribendam demonstret eandemque vel secum vel seorsum in alia acie habeat; secus si fecerit, a bello absens esse censeatur illoque modo puniatur. Illi autem nobiles, qui propter paupertatem^{bt} et bonorum exiguitatem pedestre servire deberent, poterint licenter a dominis servari et in equo domini^{bu} servitio satisfacere^{bu}.

^{au} W MK2 dodano na marginesie: Poena contra castellanum, si ordinem non fecerit.

^{av} solvere AT, B. Czart. aw inferre AT, B. Czart.

^{ax} praemiserit MK.

^{ay} W MK2 dodano na marginesie: Qua poena puniensi inoboedientes castellano.

^{az-az} poenas huiusmodi AT; poenas eiusmodi B. Czart.

^{ba-ba} AT i B. Czart.: animadverteret cum (to ostatnie poprawione z: in).

^{bb} fuerit AT, B. Czart.

^{bc} W MK2 dodano na marginesie: Palatini ad loca praecurrant.

^{bd} Brak w AT; designato B. Czart.

^{be-bc} W AT tylko: praefati domini consilarii; w B. Czart.: nos praefati consilarii.

^{bf} ac B. Czart.

^{bg} decreverunt AT, B. Czart.

^{bh-bh} Brak w AT i B. Czart.

^{bi} consideramus MK2.

^{bj} W MK, dodano na marginesie: Servitio regis nullus a bello excusandus.

^{bk} servitium suum AT, B. Czart.

^{bl} fecerit MK.

^{bm} puniatur MK2.

^{bn} W MK2 dodano na marginesie: A Regno absentium et viduarum sive egretorum servitii qualitas.

^{bo-bo} Brak w AT i B. Czart.

^{bp} W MK2 dodano na marginesie: De filiis servientibus dominis et volentibus pro patre bellum intercedere.

^{bq} W AT brak; w B. Czart.: tale.

^{br-br} ad bellum idoneus AT, B. Czart.

^{bs} quantitatem AT.

^{bt} W MK, dodano na marginesie: Inopes nobiles.

^{bu-bu} satisfacere servitio AT, B. Czart.

² Por. wyżej przypis 1. Zob. też: St. Kutrzeba, op. cit., nr 4, p. 1.

15. Item nullus praetextu litterarum regalium^{bv} ad cuiuscunque instantiam et quomodocunque^{bw} ratione bonorum regalium obligatorum^{bx} ac praetextu officiorum quorumcunque regalium^{by} et terrestrium, ut burgrabii, zupparii^{bz}, tribuni, exactores et zupparum^{ca} officiales ad decennium

MK

duntaxat ab expeditione publice defensionis^{cb} sit exemptus aut absolutus, sed quilibet iuxta bonorum suorum facultatem expeditionem sufficientem faciat eamque palatino suo sub poena absentiae a bello repraesentet.

AT, B. Czart.

tantummodo censeantur esse a publica defensione absoluti aut exempti, ita tamen, quod litteraliter per nos quomodocunque^{cc} in preiudicium iuris communis exempti ire personaliter teneantur, nisi essent notorie infirmi.

Officiales vero quibuscunque officiis obligati, bona haereditaria seu regalia habentes et notorie infirmi, secundum facultatem bonorum suorum loco sui expediant et expeditionem suam palatinis suis repraesentent et sub poenis supradictis officia sua custodient.

16. Item quod quilibet sub suo vexillo militabit et locum, ad quem constitutus erit, tam diu custodiat et in eo perseveret, quousque per nos aut nostrum vicesgerentem^{cd}, de consiliariis tamen scientia, dissolvetur exercitus et dabitur licentia recedendi^{ce}. In casu vero^{cf}, quo quis locum suum desereret vel absque licentia^{cg} recederet, talis, cuiuscunque conditionis et status^{ch} existat, collo et bonis omnibus privetur, bona vero, quibus delinquentes^{ci} privabuntur, distribui debent nobilibus Reipublicae servientibus.

17. Item cum aliquis peteret^{cj} bona sibi dari eius, qui a bello absens erat, talis ibidem in exercitu probabit istud, propter quid bona auferenda essent; quo probato, ut non relinquatur in futurum occasio dubitandi et contendendi, ibidem ^{ck}bona debent^{ck} conferri petenti. Qui vero manifeste recesserit aut fugerit a loco suo, illi nulla suffragabitur expurgatio^{cl}, sed puniendus sit collo, bonis et honore.

18. Item qui campiductori non oboedierit sive non obtemperaverit iuste et convenienter^{cm} imperanti, talis puniatur per ipsum campiductorem iuxta dominorum illic praesentium decretum.

19. Item si ventum eo esset exercitibus campestraliter proficiscentibus, quod subito hosti occurrendum esset, tenebuntur universi in loco terrestri, non tamen in domo existentes, curribus et aliis impedimentis onerosis relictis velociter ad locum pro tempore imperato concurrere^{cn} et se illic sub poenis praedictis statuere sicque se ad omnem actionem promptos paratosque reddere.

20. Item quo ordine ad bellum eundum erit^{co}, eodem de bello redeundum absque damno cuiuslibet, et insuper quod ipsa reversio sit non eisdem viis, quibus ad bellum itum erat, sed aliis specialibus, ubi istud fieri posset.

21. Item si aliquis bona resignaret^{cp}, ut Reipublicae in bello^{cq} non serviret, iuramento^{cr} ipse^{cq} metseptimus probabit, quia istud fecerit non in fraudem nec in damnum Reipublicae.

^{bv} *WMK2 dodano na marginesie*: De officialibus vel a rege a bello absoluus.

^{bw} quocunque *B. Czart.*

^{bx, by} *Brak w MK2.*

^{bz} *B. Czart. dodaje*: et.

^{ca} zupparii *B. Czart.*

^{cb} defensiones *AT*

^{cc} quocunque *AT, B. Czart.*

^{cd} *W MK2 dodano na marginesie*: Quilibet tenetur sub suo vexillo militare; *w AT i B. Czart.*: per Maiestatem Regiam aut eius vicesgerentem.

^{ce} resignandi *AT, B. Czart.*

^{cf} *W MK2 dodano na marginesie*: Locum deserens puniendus.

^{cg} scientia *AT, B. Czart.*

^{ch} status et conditionis *AT, B. Czart.*

^{ci} delinquentibus *MK2.*

^{cj} petet *AT, B. Czart.*

^{ck-ck} debent bona *AT, B. Czart.*

^{cl} excusatio *B. Czart.*

^{cm} *W MK2 dodano na marginesie*: Campiductor inoboedientes puniet; *w AT i B. Czart.*: iuste rem convenientem.

^{cn} *W MK2 dodano na marginesie*: Relictis curribus contra hostem, cum opus est, currendum.

^{co} *W MK2 dodano na marginesie*: Eodem modo reditus de bello fieri debet, quo transitus.

^{cp} *W MK2 dodano na marginesie*: Fraus ne committatur circa servitium bellicum.

^{cq} *Słów*: in bello, *a poniżej*: ipse, *brak w AT i B. Czart.*

^{cr} iuramentum *MK2.*

22. Item dum aliquis alterius tenet^{cs} bona sive in obligatione sive in arenda^{ct}, licet talem, qui tenet in obligatione seu arenda, posset a bello intercedere is, qui obligat seu inscribit, dummodo intercedere promitteret, cum consensu regio, ad cuius Maiestatem Regiam pertinet ^{cu}libertatem a bello^{cu} concedere. Tamen quia hac vice de consensu nostro tales libertates, praerogativae et exemptiones^{cv}, ^{cw}etiam perpetuae factae, sunt^{cw} ad decennium suspensae, idcirco statutum conclusumque est, quod uterque istorum, tam obligans et arendans, quam^{cx} ^{cy}obligatorius et arendatorius^{cy}, ire ad bellum teneantur.

23. Item quoniam districtus Pilznensis fuit^{cz} non parvus^{da}, castellano vero carens, qui eidem ad bellum ductor esset, idcirco castellanus Polaneczensis eam, quam ex antiquo habere consuevit, habeat Iurisdictionem facultatemque et praesertim, ut illum ducat exercitum districtus Pilznensis.

24. Item visum erat utile et^{db} necessarium^{dc}, quod Cracoviensis et Russiae terrae, quae ^{dd}defensionis onus^{dd} gesturae erunt his temporibus, contributiones privatas facerent de iliisque argentum ad monetariam emerent, de quo nummos minutos cudi procurarent, et ex illis minutis speciales stipendarios^{de} in auxilium defensionis istarum terrarum servarent^{df} una cum aliis stipendiariis, qui communi aere terrarum Maioris Poloniae servabuntur. De quo etiam argento medios grossos in monetaria nostra publica cudent, pro quibus thesaurarius noster pannos emeret^{dg} ad contentandos illos istarum terrarum speciales stipendarios^{dh} convertendos. Qui thesaurarius sic tam argentum illud, quam monetas^{di} mediorum grossorum dispensaret, ut^{dj} iuramentum praestitit. Sed licet super illud consentiamus nos, tamen quia nuntii terrarum ad eam rem dicebant se^{dk} non habere a fratribus in terris singulis existentibus commissionem^{dl}, idcirco ob eam rem conventiones in terris singulis suprascriptis instituimus^{dm} (pro dominica Laetare proxima^{dn} [22 III 1506]), in quibus istud cum terrigenis tractandum concludendumque^{do} sit.

25. Ut autem status ecclesiasticus se utcumque accomodet^{dp} tantis nobilitatum^{dq} oneribus, hortati sumus reverendissimum et reverendos in Christo patres dominos Bernardinum archiepiscopum Leopoliensem, Johannem Cracoviensem^{dr}, Mathiam Premisliensem ac Nicolaum de Kosczyelec^{ds} Chelmensem episcopos ^{dt}tunc praesentes^{dt}, superque id^{du} suas supremas operas effectuales adhibendas^{dv} offerentes et alios ^{dw}terrarum praedictarum^{dw} episcopos nostros, etiam^{dx} rithus ruthenici curatores, admoventes^{dy}, ut ipsi quoque ad cussiones praedictas monetarum caritativum^{dz} speciale subsidium sive in argento sive in pecuniis nobilitati militiaeque ^{ea}terrarum istarum tribuerent^{ea}, saltem pro una hac vice dumtaxat, ^{eb}praesertimque et specialiter^{eb} popones ruteni per unum florenum in auro contribuant, ad quod locorum capitanei eos compellant.

26. Item dominus vicecancellarius daturus erit litteras universales^{ec}, quae notoriae erunt, ad exactiones in conventionibus terrestribus decernendas, sicut decernentur, contribuendas^{ed}. Eas autem litteras vicesgerens noster dari mandabit iuxta conventionum terrestrium decreta.

^{cs} habet AT, B. Czart.

^{ct} W MK, *dodano na marginesie*: Qui bona arendata vel obligata habent,

^{cu-cu} a bello libertatem AT, B. Czart.

^{cv} exceptiones B. Czart.

^{cw-cw} etiam perpetuae sunt AT, B. Czart.

^{cx} tam MK₂.

^{cy-cy} obligatorius et arendatarius AT.

^{cz} fuerit MK₂.

^{da} W MK₂, *dodano na marginesie*: Districtui Pilznensi Polaneczensis castellanus adhibitus.

^{db} Brak w MK₂.

^{dc} W MK₂ *dodano na marginesie*: De moneta pro publica necessitate.

^{dd-dd} defensionessusas MK₂.

^{de} stipendiarii AT, B. Czart.

^{df} servarentur AT, B. Czart.

^{dg} emet AT, B. Czart.

^{dh} stipendarios AT, B. Czart.

^{di} monetas et AT, B. Czart.

^{dj} W B. Czart. *dodano*: hic: AT: uti hic.

^{dk} se facultatem AT, B. Czart.

^{dl} Brak w AT i B. Czart.

^{dm} instituimus AT, B. Czart.

^{dn} Brak w AT i B. Czart.

^{do} consulendumque AT, B. Czart.

^{dp} W MK, *dodano na marginesie*: De ecclesiarum argento in terris Russiae.

^{dq} nobilium AT.

^{dr} AT *dodaje*: et; B. Czart. *dodaje*: ac.

^{ds} Koscielec AT: Kościelec B. Czart.

^{dt-dt} Brak w MK₂.

^{du} illud AT, B. Czart.

^{dv} adhibentes MK₂.

^{dw-dw} praedictarum terrarum AT, B. Czart.

^{dx} et AT, B. Czart.

^{dy} Brak w AT i B. Czart.

^{dz} charitatem AT.

^{ea-ca} istarum terrarum tribuant AT: istarum tribuant B. Czart.

^{eb-eb} et praesertim specialiter AT, B. Czart.

^{ec} W MK₂ *dodano na marginesie*: De litteris universalibus a vicecancellario dandis.

^{ed} contribuendae MK₂, AT.

27. Item ut subditi nostri de Regno et ^{ee}Magno Ducatu^{ee} Lithuaniae videantur in unitate fraternitatis esse, ordinaturi sumus, quod Lithuani quoque, sic ut Poloni, in locis ^{ef}a Polonis non procul^{ef} sitis iacebunt campestraliter, concursuri de utroque dominio subito ad omnem eventum subitum.

28. Item consules Cracovienses^{eg} ad conventionem terrestrem Cracoviensis^{eh} terrae suprascriptam decrevimus^{ei} vocandos, quatinus et ipsi decretis istinc^{ej} futuris afficiantur.

29. Item de dignitariis et officialibus^{ek} in terris non residentibus ac de modo electionis regiae constituendo, apud nos hic petito, responsa deliberationesque nostras differimus ad ^{el}futuram conventionem^{el} generalem.

30. Quae omnia praemissa approbamus, consiliariique^{em} universi, spirituales et saeculares, ac^{en} terrarum praedictarum nuntii approbarunt, decernentes pro iure teneri usque ad conventionem proxime futuram generalem.

Et in testimonium praemissorum omnium sigillum nostrum est praesentibus^{eo} subimpressum. Datum in conventione ^{ep}generali Lublinensi^{ep} feria secunda^{eq} post dominicam Invocavit^{er} ^{es}anno Domini millesimo quingentesimo sexto [2 III 1506], regni vero nostri anno quinto^{es}.

^{ee-ee} Ducatu Magno *AT, B. Czart.*

^{ef-ef} non procul a Polonis *AT, B. Czart.*

^{eg} *W MK, dodano na marginesie:* De Cracovia civitate.

^{eh} Cracoviensem *AT.*

^{ei} decernimus *AT, B. Czart.*

^{ej} illinc *AT, B. Czart.*

^{ek} *W MK, dodano na marginesie:* De dignitariis et officialibus in terris suis non residentibus.

^{el-el} conventionem futuram *AT, B. Czart.*

^{em} consilarii quoque *AT, B. Czart.*

^{en} et *AT, B. Czart.*

^{eo} praesentibus est *AT, B. Czart.*

^{ep-ep} Lublinensi generali *AT, B. Czart.*

^{eq} *W B. Czart. dodano:* proxima.

^{er} Invocavit proxima *B. Czart.*

^{es-es} anno Domini M^oD^oVI^o, regni vero nostri V *AT*, anno 1506, regni vero nostri 5 *B. Czart.*